



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Alter n. 83

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

visum, prohibente verecundia, non auderet admittere, & parem minimum felicitatem datam auguraretur ipsius egri Instituto, quod erat rigidissima etiam tum, & incorruptissima disciplina, addidit agrotus, dixitque cum gemitu, Saluari quidem ex suo Ordine quam plurimos, sed non omnes: ipsius autem Societatis omnes omnino, ac singulos ad mortem usque, in ea si constiterint, esse saluandos. Sic ille, ut refertur in Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 8. fol. 650. Cui nam ergo Sociorum hacce cogitatione imbuto ac tanta spe nixto, vita sua quantumuis molesta ac longissima, possit esse non incunda.

83. AB ALTERO eximio Cœnobiarcha, qui postquam à nobis exercitatos aliquot è suis longe meliores, quam miserat, recepisset, ad Collegij Rectorem extat Epistola, quæ inter alia sic habet: Omnes Religiosi iam inde ab exercitijs spiritualibus reuertentes, adeo confratres suos humilitate, obedientia, alijsque virtutibus ædificarunt, ut omnes alij nihil charius habere videantur, quam vestra sanctæ Societati decem, aut duodecim diebus adesse. Impleri apud vos videmus illud Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Ita ille Ibid. lib. 6. cap. 3. sect. 1. fol. mihi 790. Quæ duo testimonia licet ad Religiosorum Classes pertineant, hic tamen apponenda duximus, & quia anonymi sunt Auctores, & cui Familiæ nomen dederint, non declaro.

Et spiri-  
tualium  
Exercitio-  
rum.

84. AB AVBERTO MIRÆO Celeberrimo Decano Antuerpiensi, qui reddens rationem cur adiunxerit Societatis Collegia ad Ecclesiæ Breuiarium continens Archiepiscopales Prouincias, Episcopales Diœceses, & Urbes, uti in Breuiario Imperij Romani descriptæ extabant Prouincie, Ciuitates, ac Legiones, ait in Epistola Nuncupatoria Geographiæ Ecclesiasticæ, Legionum Romanarum loco fortissimum Societatis IESV Agmen collocare visum fuit, quæ toto terrarum Orbe suas stationes habet, & pro Ecclesiâ passim excubat. Hactenus ille apud P. Gabrielem de Henao Par. 2. de sacrificio Missæ disputat. 27. sect. 12. num.

Societas  
Agmen Ec-  
clesiæ for-  
tissimum.

Quæ toto  
terrarum  
Orbe suas  
stationes  
habet.

Et pro Ec-  
clesiâ pas-  
sim excu-  
bat.